



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

1. cap. 20. n. 32. quos refert Barbos.  
de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 15. n. 6.  
quod si omisit bona fide talem  
circumstantiam, satisfaciet, si po-  
stea confiteatur, se toties violasse  
votum castitatis, etiamsi iterum  
non confiteatur principale pec-  
catum, quia in hoc casu talis cir-  
cumstantia potest separatim suffi-  
ciēter explicari, ut dicunt Docto-  
res apud Dian. d. par. 1. tr. 7. ref. 45:

Alij tamen probabiliter con-  
trarium tenent, videlicet, quod  
sacerdos non teneatur hanc cir-  
cumstantiam sacerdotij, vel voti-  
castitatis Confessario iam notam  
in confessione manifestare, quia  
Confessarius sciens pœnitentem  
esse sacerdotem, sufficienter co-  
gnoscit peccata ipsius carnalia,  
habere oppositionem cum voto  
solemni castitatis ita Pitigian. to.  
2. dist. 16. q. vn. ar. 5. Azor. p. par. lib.  
4. cap. 4. queſt. 6. & alij, quos refert  
& sequitur Bonac. de matrim. q.  
4. pun. vlt. num. 31. ubi dicit banc  
esse communem, & ita videtur cō-  
muniter praedicari.

20 Dico 5. quod Parochus, vel a-  
lius Confessarius reuelans sigillū  
Confessionis deponendus est, &  
perpetuò detrudendus in mona-  
sterium ex c. omnis utriusq. sexus  
de Pœnit. & remiss. Fractio verò  
21 sigilli etiam per testes singulares  
plenè probatur, ut decisum refert  
Ricc. in Collect. decisi. 549. p. 3. &  
dicunt alij apud Bonac. to. 1. disp. 6  
de oner. & obligat. denunc: pun. 3.  
n. 25. quod intellige concurrenti-  
bus præsumptionibus, indicijs, &  
alijs adminiculis: vnde hoc arbitrio  
Iudicis relinquitur, ut sentiūt  
DD. apud Dian. p. 5. tr. 11. ref. 52.

## S V M M A R I V M:

- 1 De iure communi Clericis usus  
armorum est interdictus, nisi iu-  
sta causa eos excusat.
- 2 Qua pœna plectantur clerici ar-  
ma deferentes.
- 3 Potest Episcopus suis constitutio-  
nibus adiuuare ius canonicum  
imponendo pœnam ubi non est.
- 4 Pœnæ pecuniariæ locis pijs sunt  
applicanda.
- 5 An possit Episcopus pœnas pecu-  
niarias sibi, vel suo Vicario, aut  
alijs officialibus curia Episcopalis,  
vel Seminario, aut sacriftio  
ecclesie cathedralis, vel fabricæ  
eiusdem ecclesie, vel domus epi-  
scopalis applicare.
- 6 An Episcopus possit concedere cle-  
ricis facultatem deferendi arma.

## C A P. V.

## De Clericis'arma deferentibus.

- 1 **D**E iure communi Clericis  
usus armorum est inter-  
dictus c. 2. de vit. & hon.  
cleric. nisi iusta causa eos  
excusat, puta si per loca periculo-  
sa transitum faciant, ut dicit glo.  
ibidem, vel pro defensione perso-  
ne propriæ, vel proximi, vel rerū  
e. olim 1. & ibi glo, ver. excessifis de  
Restit. spol. & tradunt communiter  
Doctores in d. cap. 2. de Vit. & hon.  
cleric. ut dicit Ricc. in Prax. for. eccl.  
par. 1. ref. 325. quare si contraue-  
niant, possunt excommunicari iu-  
sta tex. in d. c. 1. & amittunt arma  
ut d. Ricc. loco cit.

Obserua tamen, quod tales cle-  
rici possunt ex statuto, aut edicto  
Episcopi puniri pœna pecuniaria,  
&